





1850.  
No

N 46

1719, 3 b

17

DISSERTATIO JVRIS PVBLICI  
DE  
**STATV NOBILITATIS**  
**GERMANICÆ**

Q V A M

P R Æ S I D E

**JO. WILHELMO GOEBEL**  
J. U. D. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA JULIA P. P. O.

*P V P L I C Æ E R V D I T O R V M*  
*D I S Q V I S I T I O N I S V B M I T T E T*

A. ET R.

**ANT. HENR. ALERTEN**  
HILDESIENSIS  
AD DIEM FEBR. MDCCXIX.



43.

*HELMSTADII,*

TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.

1790.

DISSERTATIO IN IRIS LAVERICI  
SALVAT. HONORIUS  
GERMANIUS  
OLAFI  
ATRINUM COPIÆ  
ADDITIONES  
ADDITIONES  
ADDITIONES  
ADDITIONES





ſ. I.

**Q**ualitatem, quæ hominibus quibusdam prae aliis, ratione dignitatis & jurium nonnullorum, praerogativam eminentiorem conciliat, Nobilitatem (a) vocant. Durasse illam & apud Majores (b) nostros, extra dubitationis est aleam.

(a) Miki hic de Nobilitate nec in sensu Grammatico, nec in sensu mere Ethico sermonem esse, ex premissa definitione facile constabit. Quamvis enim virtuti semper sua laus, & in ipso statu naturali reæratio dictamina, ut par est, in actum ducenti haud dubie existimatio sufficit; Imo socialitatis officia, in gradu eminentiore, adhibenti fortassis emolumenatum vicissim aliquid competitset: Nulla tamen inde virtuti sibi relata nec in statu naturali, nec in statu civili dignitatis & jurium eminentior prarogativa. Etenim status naturalis nullam agnoscit prarogativam cum effectu. Prælatio enim requirit subordinationem, subordinationem autem non est sine lego, siue voluntate Superioris, voluntas Superioris non est sine civitate, per quam imperium & obsequium propriæ dictum existere copit. Nec in statu civili expedivisset, ex sola virtute Nobilitatem privatorum arbitrio estimare. Nam unusquisque ad impetrandum Nobilitatem suam adduxisset virtutem, quæ virtus huic ad eminentiorem hanc dignitatem sufficere vifa, ab altero ex persuasione aut invidia defectu laborare putaretur; Vnde lites, quæ vitam civium redderent infeliciem, & mortem accelerarent.

(b) Tacitus de moribus Germanorum c. 7. *Gens Saxorum omnis in tribus ordinibus diversis constituit. Sunt inter eos Edelingi, sunt*

4 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

*Frislingi, sunt ē qui illorum lingua Laz. dicuntur. Nichardus lib  
4. Idem auctor vita Lebuini, & Adamus Bremensis, quarti etiam  
ordinis, libertorum scilicet, quos Nichardus sub Lazis complexus est,  
quod non multum supra servitutem essent, mentionem injiciens.  
Confer quoque Cluverii Germ. antiqu. Lib. I. c. 15. & Hachenbergi  
Germ. mediā c. 2.*

§. II.

Variæ ab eruditis Nobilitatis formantur divisiones. (a) Nobis autem in præsentiarum nullæ earum curæ erunt, quam quibus in superiore & inferiore, (a) immediatam & mediatam dispescitur.

(a) La Roque in prefatione libri de Nobilitate Gallice conscripti, ubi viginti Nobilium constitui species, quamplurimas aliorum Nobilitatis afferit divisiones,

(b) Pregizer aduersus Schilteri diatriben, de prærogativa Comitum, antiquitatem hujus divisionis in dubium vocat, nec ex septem clypeis militaris illi firmamentum aliquod enasci, quoniam circa illorum veritatem nondum omne sublatum sit dubium, & effici quid ex vero fortassis haberet, recentioris multo post ævum Carolinum temporis inventum. Hac thesi haud dubie nihil aliud evincere laborat, quam antiquioribus temporibus immediatam Nobilitatem, cum superioris ordinis Nobilibus, unum plane constituisse corpus, nec Ducibus aut Comitibus subfuisse, quam lentitiam & alii Nobilitatis immediatae Patroni, ut Reinhardus von Gemmingen, Knipschilt, quem etiam sub nomine Hypoliti von Treisbach aliqui latitare dicunt, Casper Lerch, Burgmeister, tueruntur. Verum enim vero antiquissimis jantum temporibus penes Germanos Nobilitatis fuisse gradus notum est. Non quod æque cum Schiltero affirmaverim, per plebejos istos, ex quibus Principum comites vetustissimi Majorum nostrorum temporibus eligebantur, Nobiles inferiores gradus intelligi debere: Sed quia Reges ex Nobilitate Ducebantur ex virtute sumebantur; tota autem vis Nobilitatis illius temporis confitebar in qualitate operativa, cui itaque nobiliores erant in bello res gestæ, aut etiam in judicis & consultationibus rem publica conceruentibus eminentior præstantia, inter Nobiles maxime emonebat, & à populo excellentioris gradus habebatur. Hoc & ex e. ii. Tacit. de moribus Germ. patet, ubi legitur: *Mox Rebus Regis Princeps prout atque curisque, prout Nobilitas, prout decus bello.*

## DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

belorum, prout facundia est, andisuntur. Huc spectant verba ejus.  
dem auctoris l. c. cap 3. *Insignis Nobilitas aut magna patrum me-  
rita Principis dignationem etiam adolescentis affigunt.* Post-  
modum vero Nobilitas frequentius in hereditatem transire cœpit,  
& Franci ante Carolingos non facile à stirpe discedebant eorum,  
qui magna in Republica obierant munia; unde eminentior Nobili-  
tas. Sunt qui putant veteres Francos per ingenuos, quos Saxones  
Frilingos vocant, minorē Nobilitati intellexisse, atque hujus  
fortis Nobiles, qui nullis Reipublice praeerant officiis, unde aliquid  
lucrati potuerint nonnunquam coactos suffici, in majoris classis Nobili-  
tum concedere obsequium. Non enim ex militia tunc temporis tanta re-  
digebatur merces. Et obtinuit postea, ut scriptoribus mediis ævi non iufre-  
quens fuerit, Nobiles prioris classis divites vocare, inferioris vero  
mediocres vel pauperes. Hispani, Visigothos fortassis imitantes,  
principia Nobilitatis viros Ricos Hombres vocant. Leges Alphonsinae  
Part. 4. tit. 2. leg. 10. Salazar de Mendoza de dignitatibus lib. 3. c. 15. Al-  
fonso, Carillas fol. 14. & 15. de dign. Grand, Castilia, Relation du voyage  
d'Espagne tom. 2. let. 5. p. 27. Iqq. Chartæ Andreae Episcopi Traject. anni 1  
134. apud Miram in diplomatis Belgicis Lib. 1. c. 52. subscribunt  
Folwedus de Berma vir liber & dives, ut & ex liberis hominibus Ar-  
noldus juvenis de Cleve, Gerungus de Aiper & Guilielmus filius  
Comitis Guilielmi, vid. Leges Eduardi Confessoris c. 29, annales  
Henrici Rebordinensis ad annum 1347. Paulm Warnefridi in  
Histor. Longobard. Lib. 7. c. 10. & plura apud Cangium & Linden-  
brogum. Caroli M. ejusque posterorum tempore maiorem Nobili-  
tatem sub Potentiorum, & minorē sub minus Potentium nomi-  
ne esse comprehensam, non absque ratione assentitur, vid. capitulare  
Caroli M. s. anni 812, apud Baluzium tom. 1. p. 498. & rescriptum con-  
sultationis seu exhortationis Episcoporum ad Dominum Ludovicum  
Imperatorem apud cundem tom. 2 p. 351. Aperte itaque falso, quod  
habet Pregitzer p. 7. Ludovi. I. III. primum tempore gradus Nobili-  
tatis exortis esse. Largior quidem distinctio nem in septem classes,  
quaes septem clypeis militariis representauntur, paulo posterioris  
est temporis. Interim non solum in jure feudali Saxonico & Ale-  
mannico, opinante Conringio post seculum duodecimum compilata,  
c. 1. de hisce ut rebus non tum deum exortis, sermo est. Sed & jam  
ante Friderici I. temporis id obtinuisse ex Chronico Laurishamensi  
constat Schiltet ad cap. 1. Jur. Feud. Alemanni p. 20. & Iqq., in jure  
publico lib. 1. tit. 5. §. 3. & diatriba de prerogativa Comitum §. 9. vid.

A 3

etiam

6 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

etiam 2. feud 10. Sequiori deinde tempore intermissa Nobilitatis distinctione per clypos, illa divisa fuit in superiorem & inferiorem, vid Grayamina Nationis Germ. ann. 1521. in Comitiis Noricis oblata § 25.

§. III.

Ad majoris Nobilitatis (a) classem communiter referunt Reges, (b) Duces, (c) Princes, Comites, Barones, (d) non autem immediatos Nobiles: (e) Minorēm vero Equites Auratos, (f) Armigeros, (g) seu Scutiferos & Generosos, (h) complecti, Miraeus de ordinibus equestribus docet.

- (a) De majoris Nobilitatis gradibus conf. Beaman. not. dignitat. Matherus De Nobilit. Limneus aliquique J. P. Doctores.  
(b) Reges olim Nobilissimi dicebantur. Mabillon tom. 2. annal. Benedicti Annorum, imo & ex Francis priores Reges sātem illustres vid. quam plurima Diplomata huic titulum referentia, apud Doublet, Mabillon, Miraeus, Du Chene, tom. 4. in epist. Regum Francorum, Chiflet de annis Dagoberti c. 6.  
(c) Otto puer non solum in chronicō Luneburgico apud Leibnitium tom. 3. Scriptorum Brunsvicensium p. 17, sed & in charta Regis Angliae apud Lambecium Lib. 2. rerum Hamburg. n. 32. Nobilis vocatur. conf. quoque Eiben de titulo Nobil. p. 317. seqq. opp.  
(d) De vario Baronis significatu in legibus veteribus confer Lindneri brogi Glosulariū in voce Barus p. 103. Plerumque autem Proceres Regnorum, qui in partem curarum veniebant, Barones vocabantur. Caroli calvi capitulare 6 & 15. Fredegarius in chronicō c. 41. & 44. Chron. Guilielmi de Nangis apud D'achierium in spicilegio tom. II. p. 497; Ubi & Henricus Leo iudicio Baronum in perpetuum à Ducatu Saxoniae dejectus dicitur. Primates Regni magna Britanniae ut Baronē votum & sessionem in curia Parlamenti superiori habent, & illi quibus Rex talem facultatem conferit, Baronē Parlamenti & Regni creantur, vid Diploma quo Gregorius Cromwel anno 1540, Baron constitutur, apud Rimerum tom. 14. act. Public. regni Anglicani p. 708. conf. quoque Seldeni tituli honorum part. 2. c. 5. p. 449. & Du Chene Histoire de la Maizon de Montmorenci c. 4. & 5. Illi qui non nisi a Reipublice Capite beneficia habebant, mittel frey / qui vero sātem allodia possidebant semper frey dicti videntur. Nostris temporibus inter illustres, Comitibus gradu inferiores, reputantur.

(e) Nesci

(e) Necio quo jure Nobiles immediati, (de quo in sequenti § plura dicentur) se prima & illudrum classi anumerare concerunt; cum tamen cum Landassisi, sub uno codemque clypeo militari fuerint, atque eaque ac hi in veteris avi monumentis, fatente ipso etiam Casparo Lerchio; ministeriales dicantur. Schilt. diatribe §. 12. Nec tam vetustæ sunt eorum immediatæ origines, ut aliqui opinantur. Eum vero quæ de perpetua trium sibarum provinciarum, in qua immediati Nobiles commorantur, exemptione ab imperio Ducum vel Comitum Germanici Imperii narratur, veritati Historice repugnat. Illæ enim æque ac alia plerunque per Duces & Comes rectæ sunt, à quorum dominio universalem immunitatem, ante sec. 13. Nobilitas immediata vix doceti poterit. Nec juvat eos, assertum Nuncios & Praefectos Regia camera, qui hilice provinciis præterant, abusivi Duces & Comes esse vocatos. Nam ex annalibus istorum temporum abunde patet, Franconia Suevia & Palatinatus ad Rehnum Moderatores eadem auctoritate suis provinciis præfuisse. ac aliorum territoriorum Rectores. Quod autem iis aliquando Nuncii vel Praefecti regia Camera nomen imperitum, exinde provenit, quod illi, præter regimen territoriale, & cura eorum reddituum, quos Rex in illis terris præcipios habebat commissa esset, qui alias plerumque Missis Regiis & postea Palatini curanti dabantur. Porro nullius est tenoris, quod proferunt, potissimum Comitibus præ se nihil posse competere prærogativa, quoniam munus Comitis non tam dignitas, quam officium fuerit. Nam omnino ex officio, ut vocant, tali, cui longe major protestas, quam vulgus sibi persuasum habet, asperbat, maior provinciarum Rectoriis dignitas, quam illis, ex quibus aliquando summi erant. Officia enim ejusmodi novas parvunt quantitates morales, & faciunt, ut inter personas, quæ ante aequales erant, ratione majoris & minoris in genere morum sit differentia quedam. Omnis dignitas extrinseca ex aestimatione hominum proficiuntur, vid. Lubomirski dis. ursu 3; inter Artaxem & Evandrum; Aestimatio autem est vel sine effectu, proper solam virtutem, vel cum effectu, si Princeps alicui officium aut honoris gradum conferit, vi cuius ipsi proximior redditus, quam qui antea eius erant aequalis.

(f) Inter Equites & Nobiles differentiam esse tralatitium est. Nobiles enim etiam nascuntur, Equites semper hunc. Interim illi qui antiquitate generis, hi et nec Torquati nec Cruciatii, nec Aurati sint, in communii vita Equites appellari solent; Indigitando, Majores eorum bellâ

8 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

belli gloria hanc dignitatem nactos esse. Equites autem Auratos obinde à Mirao ad classem Nobilium inferioris ordinis referri puo, quia per creationem illam à conditione plerumque vulgari in Militarium ordinem transferuntur, eorumque dignitatem & privilegia consequuntur, ac recipi nihil aliud quam Nobiles evadunt. Seden tit. Honor. part. 2. c. 1. p. 168.

(g) Erant illi, qui facultatem in satellitio Equitum arma gestandi habebant: Sed nondum creati Equites, atque sic nihil supra communem Nobilium sortem referabant. Selden. l. c. p. 129. Vocantur etiam Domicelli & Junc. Herrn five juniores. Interim concedo vocabulum illud Armiger ad Nobiles majores & minores indifferens fuisse, & omnes illos nonnunquam denotasse, qui nondum per accincturam gladii, & colaphum Equites facti erant. Wilhelmus Hollandiæ Comes adversus Conradum Friderici a filium electus Imperator, antequam Eques crearetur, quod factum paulo ante, quam diadema Regium sumeret, Goldastus tom. 3. const. Imper. Armiger dictus est, Seldensis l. c. p. 183; seu Domicellus & Junker Van Holland Buschel, ad Bekam p. 81. Hanc orationem fortassis faciū, quod variis Ducum Brunsicensium se Junc. Herrn vocaverint. Mauritii disserit, de Nobil. Germ. § 6, scilicet quod nondum in Equites vapulaverant.

(h) Sub hisce omnibus haud dubie comprehenduntur, qui aut nativitate a voluntate Superioris Nobilitatem habent inferiorem. Non autem Patricios civitatum Geschlechter hue referri posse, Draco de origine & jure Patriciorum lib. 3. p. 195. seqq. curi multis aliis asserit. Non equidem mihi persuasum habeo, magnum argumentum contra eos ex lege Torneamenti, quæ tales Nobiles urbanos, nisi a Caesar cingulo militari essent donati, ab Equestribus vitationibus excludebat, desumi posse. Nam fortassis in istis legibus plus non est veri, quam in toto libello comicali Rixneri, cuius falsitatem agnovit Goldastus, detexit Hundius in præf. des Bayersches Stammbüch. / Sagittarius in antiquitate. Thüringia manuscrisis, quibus adde auctorem apologiæ pro jure braxandi Nobilitatis Saxo Lauenburgicæ, qui tamen aliquid humani patitur, quod statuat, Reginonem Henrici Aucupis res gestas enarrasse, cum tantum eius chronicon in anno 907. definit, & alius sit, qui illud continuavit usque ad annum 967. Deinde Hroswita proprie non nisi res gestas Ottonis I. descripsit, & Adamus Bremensis cum Hermanno

## DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

9

manno Contracto non seculo 10. sed 11. vixit. Ceterum non procul a vero est; Henricum Aucupem ac quidem in Germania torneamentorum clie institutorem, cum anno 1038., quo primus in Germania ludus equestris celebratus dicitur, jam tum supremum diem obiisse. Imo Magdeburgum, ubi primo hastiludio dimicatum esse vulgo memoratur, adhuc Ottonis I tempore pagus fuit, aut oppidolum. Neque in scriptoribus vita eius speciose illius pompa ullum veligum, neque Widechindi locus, quem hunc in finem adducere solent, illud probat, vide Brunneri annales Boicos part. 2 lib. 7. p. 426. Quicunque denum horum ludorum in Germania sit auctor, origines tamen eorum primas rectius ad Franco Gallos referunt, sunt qui putant, vid. Du Cange in glossario sub vocabulo Torneamentum, & in obseruat. ad hist. Constantop. Ville Harduini p. 249. Ludi iti denum, suadente Papa per Christianorum orbem sunt abrogari, & in Anglia varie reperiuntur constitutio-nes Regiae idem inculcantes, vid. Rymeri acta publica tom. 3. p. 6. 63. 76. 133. 135. 250. Sed redeam oportet, unde discessi in recenti est memo-ria Erbmanno, qui urbem Monasterium iuhabitant, ibique Magistrati-bus funguntur, 150. annis contra Episcopum & Ordinem Equestrem Mo-naisteriensis Dioeceseos, sc ad Generisorum classem spectare, contendisse. Et felici sane tandem eventu. Non solum enim in judicio Cameræ or-dinario, sed & revisorio, ubi vota crant paria, vicere; atque Imperator postea Episcopum monuit, ut absque ulteriori tergiversatione lenti-za morem gereret. Num autem post apprehensum revisorium, restitu-<sup>o</sup> in integrum adhuc locum habere queat, & an illa in Camera Imperii, ut vult Benderus, aut in Comitiis quærenda sit, in controversiam venito. Certum est multa militare pro Episcopo & Equestri Ordine, Erbmanno-rumque argumentis non pauca opponi posse, in Erbmannorum civitatis Monasteriensis prætensa Nobilitate Equestri profligata erud te deducatur est. De hac controversy conferatur Fabri Staats-Cangeley pars. II. 12. 13. 16.

## §. IV.

Nobilitas immediata in Franconia, Suevia, & ad Rhenum in terris non conclusis habitans, nulli nisi Imperatori & Imperio parens, egregia sane habet ju-  
ra, quæ autem superioritatem territorialem non exau-  
tire, sunt qui putant; quoniam in Instrumento pacis &

B

Impe.

10 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

Imperatorum Capitulationibus Nobilitas immediata Statibus contradistinguitur, a) superioritas vero territorialis sit attributum Status Imperii. Quicquid demum sit, certum est, immediatorum Nobilium Jura non procul à superioritate territoriali abesse. (b)

(a) Atque sic in vanum laborare eos, qui immediatos illos, & hodie adhuc in numero Statuum esse, evincere conantur; cum illis & natura Statutis, quæ requirit votum & sessionem in Comitis, & allegata jura Imperii refragentur. Nec privilegium ostentare possunt, aut auctum aliquem, ex quo patet, ipsos tacite pro Imperii Statibus esse habitos: Sed Ius suffragii sui dereliquerūt evidenter non ante sex vel septem secula, sed portius tunc temporis, cum expeditiones Romanæ, propter subdia contra Turcas, in pecuniam commutari coepissent vid. Pregizer adversus Schilteri diatriben de prerogativa Comitum p. 19. Vitriario l. p. lib. IV. tit. 1. & Schilter. l. I. tit. 22. §. 5. Neque à veritate alienum putto, ob rationem à Vitriario l. c. §. adductam, illos aliquando Comitus, & ut hodie sunt, adsuisse. Neque me ratio Vtri cujusdam illustris Nobiles immediatos obinde nunquam ad Imperii deliberationes vocatos esse, quia non propter officia Regni sed ministerium constituti sunt, in contrarium pertinat. Nam civitates Imperii jure Suffragii in Comitis gaudent, & tamen non appearit, illas unquam certis in imperio officiis functas esse. Itaque dignitatem Status etiam absque officio subsistere posse, liquet. Et ministeria, quæ præcipue expeditiones bellicas respexere, requirebant, ut publicis adessent deliberationibus, & una cum aliis in medium consenserent, quid ad Reipublicam salutem aut conservandam, aut recuperandam conduceret. Oportebat enim, ut ipsi compaserent, postquam absque Duce esse ceperint, qui alias Nobilitatis sua in Imperii deliberationibus & electionibus vices gereret. Sic in Whitechindo Corbejañi & Ditmaro Mersburgensi vestigia quedam supersunt. Ducem antequam ad electionem Imperatoris pergeret, cum Nobilitate sua de eligendo Cesare deliberasse. Placet, majoris confirmationis ergo, ex literis Electoris Moguntini ad Imperatores, de restituendis Ordinum Imperii numero Nobilibus immediatis anno 1637 exaratis, sequentia addere — Wenn nicht zugleich auch ihm dem Reichs Adel sein so theuer erworbenen und von so vielen Seculis wohl hergebrachten Status immediatus durch das gesuchte/ in vorigen Zeiten beständlich gehabte jure sessionis & voti von Reichs und Erzherzogtagen gleichsam postlimino wieder eingereuert und bestätiger worden. Denique inificari nequoco, Gancibios Fried-

## DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ. II

bergenses & hodie adhuc fortassis non male Ordinibus Imperii accenserit, cum ad Comitia hodiennum durantia ab Imperatore soleniter sint vocati. Atque ideo ad illos similesque §. 32 R. I. de anno 1564. spectare puto.

(b) Licet quadam operationes potestatis civilis, qua ad Regalia Eustalina sive minora spectant, ipsis non competant, videlicet documenta rediviva Monasteriorum Sueviae, Cocceji I. P. c. 27. §. 10. Sic bannum sanguinis non ante annum 1600, habuere, ubi illud ipsis à Rudolpho II collatum est. Antea enim in omnibus suis terris, exceptis iis, que in Marchionatu Burgaviae Landgraviatu Nellenburgico, Comitatu Hohenburgico sitae erant, jurisdictionem quidem criminalis habebant: At non executionem. Mortis enim reos malis Imperatoris criminalibus sive Gaugrafis adducere tenebantur, ut ibi eorum sumtibus capite punirentur. Unde constat olim differentiam inter jurisdictionem altam, ut vocant, & bannum sanguinis suisse. Miror itaque auctorem historice narrationis de statu Nobilitatis Hollaticæ §. 7. opinari, Nobilitatis immediate prærogativa non nisi in immediate, & quibusdam inde profluentibus comodis (Bequemlichkeiten) consistere. Si saltem vulgares J. P. inspexisset Doctores, haud dubie aliam amplexus esset sententiam. Interim quanta etiam sint eorum iura in districtibus suis, illos tamen ab oneribus realibus, Landstassis incumbentibus, & vinculo obsequi, si bona habent in Statuum Imperii territorii, liberare non possunt. J. P. art. V. §. 18. Sic in territorio Wurtebergensi Ducis superioritatem territoriale agnoscunt, vid. Ordin. Equelet. de anno 1564. & diploma Ferdinandi III. de anno 1654. Nam non infrequens est, aliquem plures sustinere personas morales, & secundum singulas peculiares haberi attributa. Denique præsumto est bona, que sunt in territorio, esse euan de territorio; Itaque exemptionem allegans eam probare debet. Et enim qui tutela territoriali frui cupit, suaque salva habere, illum & onera, viuculo, quo Superiori est obnoxius, convenientia, ferre, oportet. De justitia huius rei persuasi Imperator & Imperium, eiam in ultima Capitularione art. 22, pacto sunt. So soll auch dies ein oder andern unter Churfürsten/Fürsten/ und Ständen des Reichs gesessenen und begüterten dergleichen höhern Standes Erhöhungen den iuri territoriali nicht nachtheilig seyn/ und die ihm zuhörige / und in solchen Länden gelegene Güter einen als den andern weg unter voriger Lands Fürstlicher Jurisdiction verbleiben. Nec video quomodo hac ratione immediati in territorio Fratris Imperii bona habentes, (nisi pacto alteri statutum,) homagium ipsi praestandum derrectare possint, vid. Mylerus de Princip. & Statib. Imperii c. 38. p. 390. edition, in duodecim, Imo Comites Imperii Mansfeldensis,

12 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

Stolbergensis, Barbiensis, Gleichenis, Hohensteiniensis, Walddeccensis, qui bona in territorio Saxonico habent in personalibus quoque coram iudicio supremo aulico Jenensi conveniri possunt. Quid in causa Schwarzburgensium haecenus actum sit, ex deductionibus tam illorum, quam Ducis Vinariensis addisci potest. Olim Schwarzburgenses a Saxonibus prout natus Landaffsis habitos fuisse, in causa executionis Saxonice contra Comitem Waldeccensem anno 1655, in Camera Spirensi deductum est. Atque in quamplurimis Germaniae territoriis, ex situ honoratu ita obsequium populatur, ut etiamsi illa alteri fiduciario nexus teneantur, nihilominus plene sunt & maneat sub Superioritate ejus, in cuius sunt territorio. Vnde comitatus Gleichenis vincula Vasallitica Moguntino obnoxius, ut & praedium Equestre Schach, Lefter, Heppenrode feuda Stolbergensis Domui Saxonice sequelas, servitia equestria & tributa (Steuren) ut alii Landaffsi praestare debent. vid Chur. Sachsisch. Contra memorial in Causa Gleichen contra Hatzfeldt p. 29.

§. IV.

Nobilium mediatorum, in terris clavis habitantium, sive Landaffiorum non levis olim in rebus regundis fuit auctoritas; ita, ut in quamplurimis Germaniae territoriis, (a) præprimit in Holsatia, (b) Meclenburgo, (c) Frisia orientali, (d) plus quam votum consultativum habuisse videantur.

(a) Magna olim Statuum provincialium erat potestas. Principibus nullum jus, pro arbitrio subditos suos collectandi, qui libro gaudebant mallo, quod olim sub dio in Ducatu Guelferbyano in pago Saltzdahlen, in Ducatu Cellensi in sylva quadam prefectura Boben Leich est habitum. Deinde Principibus tandem facultas collectandi data, & omnium diligenter simus in illa nova praxi Cardinalis Albertus fuit. Alia quoque superioritatis territorialis jura in Diætis provincialibus sub deliberationem vocabantur e g. dotationes filiarum illustrum. Diffiteri autem non possum, Diætarum & Statuum provincialium auctoritatem hodie valde esse imminutam, & Capitulationis quoque Caroli VI. articul. 15. ipsis non que favere.

(b) Ordines Slesvici & Holsatiæ, antequam Rectoribus suis rem publicam moderandam traderent, jura sua, pacto cum illis inito, contra absolutam potestatem in tuto collocare annitebantur. Ut alios sileam, cum Christ-

## DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ. 13

Christianus ex Oldenburgica gente primus Danorum Rex Ducatus Sleswig. & Comitatus Holsatia regimen fulciperet, jura Procerum istarum terrarum novo diplomate, Ripense 1460. dato, corroboravit, quorum numero erat: Ordinibus liberum esse, Christiano fato funto, ex illius filiis aut agnatis si: pro libitu caput constitueret; Sleswici & Holsatia subditorum privilegia satua esse debere, nulla utrinque provincia Moderatorum indicere pese tributa, nec Ducas esse, belum instaurare, nisi Proceribus suffragantibus &c. que deinde à novis subinde Ducibus sunt confirmata, cons. Wohlgegründete Behauptunge der Schleswig Holstein Gottsorischen Gerechtsahmen und Schriffterp. 5. & librum de hodierno Holsatice Nobilitatis statu § 29. & 31. Nec video quid in hisce conditionibus sit iniqui. Quamplurimis enim Germania populis solenne quidem fuit, Principes à stirpe arcescere. Interim non raro sibi jus reservabant, ex Ducali familia me:orem cooptare. Neque per illam electionem dedecoris aliquid in Imperium Germanicum aut Regnum Danicum redundavit, quoniam & à Capitulis electi Archi & Praesules ad Imperii Procerum collegia admittuntur. Imperio valde est indifferens, quoque demum modo sua habeat membra, sive electione, sive sue cessione, modo ipsis, ad salutem Germania procurandam, cum aliis sociis jungendi vites, animus sit. Penes Ordines Holsatiae erat, in quam legem Christianum adscribere vellent. Illi enim ex patre, post Adolphi avunculi mortem, nullum ad Provincias illas jus, praesertim cum adhuc Adolphus X Comes Schaumburgicus, defuncti Sleswici & Holsatiae Domini in sexto gradu agnatus, superstes esset. Hamelmanni chronic, Oldeburg. part. 3 c. 2 p. 201. Nullo itaque jure Christianus IV, libertatem quam sibi ordines, Christiano I regimine deferentes, reservaverant, infirmare potuit. Illi namque nullum novum jus, sed tantum habebat potestatis, quantum Christiano I. ab Ordinibus collatum erat. Enim vero omne imperium est ex consenso, cum natura æquales simus, & nemo plus in alium transmittere potest, quam ille habet. Homines in civilem societatem coeuntes, aut illam renovantes, sunt liberi, & in eorum tunc est arbitrio, quantum, in favorem Rectoris sui, de libertate decidere velint. Nescio sic, quo iure saxe dictus auctor de statu Nobilitatis Holsatiae Ordinum provincialium jura ista immodica vocare queat; cum in conservandis libertatibus suis, reversalibusque obinde à futuro Princeps sumatis, jure suo usi sint. Nam in illas Principi nulla est collata facultas, & penes ipsum erat an sub eiusmodi legibus regimen accipere vellet, nec ne. Minus recte autem immodicum vocatur illud, in quo quis iure suo vivitur, licet alterius rationibus non conducat. Suspicio auctorem illum,

## 14 DE STATV NOBILITATIS GERMANICE.

omne id, quod herili Regni Principis adversatur, immodicum appellare. Peccata sunt mortalium, qui impia fovent themata, satis esse mancipia, quam hominibus imperare, & ad id obtinendum, jus etiam violari posse. Rectius libri citati compilator fecisset, si opinionem suam, Christiani IV prudentiae merito attribuendum, quod Ordinum jura immunita sint, artesque oirea jus primogeniturae adhibitas, inter arcana domus curauit recondidisset.

(c) Ordinis Equestris in Ducato Mecklenburgico insigula quoque sunt jura que hodie admodum attrita jacent. Motibus graviter adhuc illam regionem prementibus, prater alias causas, sumunt in legationes facieantur, quorum causa à Statibus territorialibus & subditis tributa exigi posse. Princeps contendebat, anfam praebuire. Diversis vicibus in Comitiis hac materia est ventilata. Anno 1664. d.  $\frac{1}{1}$  August. a Duce Mecklenburgico Schwerinem ad comitia afferebatur, ejusdem mensis d.  $\frac{3}{1}$  sub deliberationem vocabatur, & d.  $\frac{4}{1}$  conclusum, ob ejusmodi impensis territorio collectari posse. Anno 1667. d.  $\frac{4}{1}$  januar. res sub novum vocata examen, & præcedenti concluso Brandenburgicus & Celleensis Legati aliquam adjiciendam esse clausulam putabant, que tamen omissa erat. Anno 1669. d.  $\frac{1}{1}$  Jan. denouo conclusum, formatum. Principibus licet Statibus suis mediatis & subditis, ob suntus, in Conventus Imperii, deputationum & circulares, impendendos, tributis imponeantur. Anno 1670. d.  $\frac{6}{1}$  Mai, materia hæc collectarum iterum tractata est, & Imperator Ordinum Imperii Legatos certiores fieri curavit, se menem suam hac de re brevi explicaturum, & factum sit, me fugit. Cæterum Status provinciales Mecklenburgici, se nec ad ista, nec ad alia onera, propter transactionem de anno 1664, & 1666, teneri affirmabant. Nec iuribus suis per conclusum circulare Vlzense detrimentum inferri posse, cum & propter reversales de anno 1621. ingenti pecuniae vi redemptas ab ordinariis oneribus se liberalissent. Nullam autem hic novam esse causam, ob quam extraordinaria imperari possent. Denique, si in Ducatu Mecklenburgico collectæ, que olim Landbeden vocabantur, irrogandæ esentur, deliberationes primum cum Confiliaris provincialibus, ut est in reversis salibus de anno 1621. s. wenn wir auch vor das 37 sie / eis / institueras. Hac postea cedula ad Aulam Imperatoris delata, varia Statuum territorialium adducta sunt gravamina, que in scriptis pro Equestris ordine variis, ut & in actis Comitalibus de anno 1672, lessione 210. recensentur.

tur. Crimen Felonie, quod Nobilibus, ob duros quasdam distinc-  
tiones, scriptis inferas, inferebatur, in apologia 1705, typis impressa, pur-  
garunt. Placet in illustrationem hujus controversia sequentia ex Gro-  
tii lib. 2. c. 14. §. 6. & 11. adicere: dicimus ergo ex promisso & contractu  
Regis, quem cum subditis inuit, nasci veram ac propriam obligationem,  
quae jus dat ipsi subditis; ea enim est promissorum & contractuum  
natura, etiam intra Deum & hominem. Adservanda pulta, ab ante-  
cessoribus inuita, successores per interpositam cruxatem obligantur, si pro-  
babilem habuerint rationem se obligandi, quod in dabo propter Regen-  
num autoritatem prasumi debet.

(d) In Frisia Orientali tributa non possunt imponi, nisi mit vorhergehender Beschreibunge Maht und Bewilligunge der Landes-Stände. Decretem Caesarum de anno 1580, art. 9. (I.) belli negotia in Dietis provincialibus sunt tractanda. Decretem Caesarum art. 10. (III.) Thesaurarius recipiendi collectis, quae Reichs- und Kreis Steuern dicuntur, nonsolum Domino territoriali, sed & Equestri ordinis & aliis Statibus provincialibus devinctus erat, Embdeischer executions recel, art. 8. (IV.) Dicasterium communis etiam Statuum placo est institutum, & ordinatum, Embdeischer Landtages Schluss de anno 1590. (V.) Ararium provinciale quatuor seris firmatum, quarum unius clavem, Comes, alterius ordo Equestris, tertius Status, & quartus communes Status provinciales habebant. Imo Enno Comes in concordatis anno 1599, post patris mortem cum Statibus provincialibus initis art. III. ait: erstlich sehen wir diese als einen festen unbeweglichen Grund - Stein alter anfer Regierung, das wir so wenig uns einer ungebundenen Macht und Gewalt über unsrer getreuen Stände und Untertanen angemessen / &c. art. 6. Wir haben auch ferner uns mit ihnen einmuthig verglichen. Plur. vid. in libr. cui titulus: Etliche Verbund-Vertrien und Vertrage, in vo-  
rigen Tieden tischen und mit den Ständen von Ostf. Friesland be-  
rahmet und opgerichtet anno 1616. typis impressus.

## §. V.

Nobilitatem hodie ex sanguine, (a) aut voluntate supremam potestatem civilem habentis (b) consequuntur. Confert autem eam reipublicæ Moderans aut illi, qui eam non habet, aut qui habet quidem, sed non illius

16 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

regionis, (c) cui præst. Sæpe non tam intuitu personæ, quam officii (d) confertur; raro autem vel nunquam in Germania ex prædii Nobilis acquisitione. (e) Nobilitas comparatur.

(a) La Noblesse est une qualité, qui rend généreux, qui la possède, & qui dispose sincèrement l'âme à l'amour de choses honnêtes. La vertu des ancêtres donne cette excellente impression de Noblesse. Il y a dans les semences, je ne saï quelle force, & je ne saï quel principe, qui transmet, & qui continue les inclinations des pères à leurs descendants, la Roque in pref. tract. de Nobilitate. Romani antiquitatem generis ex numero Magistratum assimilabant; tot enim alicui præferre liebat imagines, magnum sane juventuti virtutis incitamentum, quot ex sua gente ostentare poterat, qui Magistratum curulem gesserant, vid. Polybius lib. 6. Plinius histot. natur. lib. 13 c. 11. Sigonius de antiquo jure civium Romanorum lib. 2. cap. 20. fol. 148, & qui eum exscriptis Lipsius lib. 16 elect. 29. Jacobus Gutherius de jure manut lib. 1. cap. 21.

(b) Nobilitatem conferunt, qui suprema in territorio gaudent potestate, licet alteri fiduciario obnoxii sunt vinculo. Hollandæ Comites olim Ego quites & Nobiles creasse, ex Johanne à Leidis lib. 17. cap. 6. ex Veldensri chronic. Hollandie ad annum 1391. Matthæus loc. cit. docet. Idem de Comitibus Campania Pithœus ad consuetudines Trecenses, & de Comitibus Flandriae Meyer lib. 17. anal. afflerunt. Scio tamen, huic ultimo à Gallis, ut suo Vafallo, de hoc jure controversiam esse motam. Penes hos inter fisci incrementa habetur, Nobilitatem recens natam Regio nonnunquam diplomate revocare, vid. Chartam de anno 1664. qua Nobilis intra annum 1634. & 1664. collata in nihilum redigitur. Imperator noster pro auctoritate, qua per totum pollet Imperium, Nobiles ubique tal præminentia gaudentes constitueri potest. Interca Princeps arbitrio est relictum, illo gradu indignos ab officiis excludere. Sic Rex Suecia in Recellu Ducatus Pomeraniae de anno 1614. §. von Auspräciflung Ritter oder Adels. Briefe declarat: könnten hierin Koenigl. Majestät seu Ziel oder Maas sezen/ behielten sich aber vor solchen Persohnen/ die den Adel nicht meritirent/ solches geniesen zu lassen.

(c) Sunt terræ quædam, ut olim Holsatia & Bodie adhuc Anglia, alia que in quibus nulli plerumque, præter indigenas, beneficia aut officia adipsi queunt. Ut itaque peregrinus Nobilium soli istius iuribus & pri-

vile-

## DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ. 17

vilegiis frui possit, a Principe in numerum eorum recipi debet. Indigenatus autem confertur ad dies vita, aut ita, ut etiam ad posteros transeat. Sic in diplomate de anno 1586. quo Regina Angliae Elisabetha Horatio Palavicino indigenatum confert, habetur: quod ipse ad rotam uitam suam sit indigena & verus ligius noster heredum & successorum nostrorum. Rymer tom 16 act. publ. Anglia: In diplomate vero, quo a Jacobo I. Johanni Elphington Domino de Blomerinogh Scoto Angliae indigenatus conceditur, sequentia reperiuntur: quod ipse, durante vita sua, sit indigena & ligius noster ac heredum & successorum nostrorum Regni Angliae, ad quod post mortem ejusdem Johannis Elphington heredes susciri & erunt ligii nostri heredum & successorum nostrorum. Rymer tom 16. p. 773. Quæstio hic moveri solet, Si quis etiam alii, quam suo subdito, Nobilitatem conferre possit. Regina Elizabetha inquit feret animo Rudolphum II. Thomas Arundelio Anglo S. R. I. Comitis dignitatem, obres contra Turcas strenue gestas, contulisse. Diplomata vid. apud Rymerum tom. 16. p. 284: Sed Imperator in literis ad Reginam anno 1596. datis, apud Rymerum l. c. p. 301, ut exacerbatum Regnum lenire animum, maxime, inquit, quod diversa apud diversa nationes exempla ejusmodi præmiorum ob res præclare gestas collatorum existent. Neque enim nobis novum est, ut ad antecessorum nostrorum imitationem honorum incrementa etiam aliorum Principum subditiss decernamus, quis facile ferimus, subditos etiam nostros à quovis summo Principe ornari. Imo ipse Jacobus I. Anglia Rex in diplomate, quo Joachim Hussi ex Zelandiae Proceribus Equitem creavit, sequentia proferit: Sic illud commune est omnium, in omnibus hominibus sive domesticis sive extraneis excellentem virtutem magni facere, eamque honore officere. Ut jam dicam quod res est, neminem putto propter obligationem patriæ, inficio & invito, sub cuius tutamine domicilium fixit, Nobilitatem aut honoris gradus, qui ipsum alieno etiam astringunt imperio, suscipere posse. Interest enim reipublica, præcipua potissimum sua membra sibi fide & obsequio esse obnoxia, nec occasiōem illis relinquere, aliorum quoque utilitati, quæ nostri repugnat, aut repugnare potest, ope & consilio velificari. Atque ille, qui alienis subditis, ignorantie & non suffragante corum superiore, dignitates ejusmodi confert, in amicitia leges impingere videtur.

(d) Penes Gallos nonsolum primarii militarium ordinum Ductores ex munere, quo funguntur, Nobilitate ad posteros transmittenda potiuntur: Sed & Secretarii; Consiliariorum Regiorum titulo hodie insignes, qui

C

olim

18 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

olim suū numerum implebant, codem jure utuntur, confer diploma  
Caroli V. Gallie Regis de anno 1565, & memoriale Gallie Regi à Secre-  
tariss pro confirmatione privilegiorum suorum, anno 1688, exhibitum.  
Sie Hugo Blotius olim bibliothecæ Vindobonensis Praefectus, a Rudolpho  
II, teste Lambecio Lib. i. comment. de Biblioth. Caesar. cap. 15, petit, ut  
Bibliothecæ Imperatoriae Præsidens ex officio semper Nobilitatem nan-  
ciceretur; Alii precibus non fuisse datum locum, apparet.

(e) In Hispania Nobilitatem prædium consequenti Nobile obtinere, me-  
moriae proditur. Non autem in Germania, neque Gallia; Licet de Gal-  
lia illud ex nonnullorum auctorum testimoniis constare, Matthæus loc.  
cit. p. 7. sibi persuasum habeat. Certum est, antiquitus vilioris fortis ho-  
mines in Gallia prædia & feuda nobilia acquirere non potuerint. Postmo-  
dum autem istæ leges vilescere coepérunt, & quibusdam primum, mox  
omnibus, rusticis quoque, ejusmodi comparandi bona facultas data est;  
modo canonem, qui in lingua Gallica droit de frans sive, di-  
cebaratur, a nuper defuncto Rege per Edictum de anno 1665. d. 26. Jul.,  
abrogatum, solverent.

§. VI.

Multa sunt Nobilitatis inferioris quoque jura &  
privilegia, (a) qua à magno autorum numero, ut Linnæo,  
Kaipischido, Noldeno, Mauritio, Schioppio, Chassianæo,  
parte VIIIla catalogi gloriæ mundi aliisque aperte sunt  
exposita luci. Nos pauca quædam adhuc, & singulare  
quidem, iis quæ jam tum de Nobilitate dicta sunt, adjice-  
re constituimus.

(a) In Electoratu Saxonie & Principatu Magdeburgico olim illæ fuerunt  
antiqua Nobilitatis privilegia: in Electoratu vero Brandenburgico ad-  
modum limitata. Gaudent tamen una cum aliis Statibus mediatis suo  
serario *Landshaffts bestes*/voto consultativo, & officiis. Bavaria No-  
bilitas insignes habet prærogativas, quas ab Ottone Duce & Rege Hun-  
garie, are alieno gravis, maximam partem anno 1312, non exiguo pre-  
cio redemere. Aventinus lib. 7, annal. Boj. In Archi palatinatu hodie nulli  
sunt Status provinciales.

§. VII.

## §. VII.

Nobiles, (a) ex antiquissima Germaniae consuetudine, & Cæsareo privilegio de anno 1547., ut & Rudolfi 2 de anno 1599, in diplomate de anno 1605. declarato, a teloniis & vestigalibus sunt immunes; (b) non autem ab oneribus feudalibus, (c) si quæ feuda habent.

(a) Non Patricii in civitatibus, seu domi Nobiles, sed Nobiles in villis, testante Besoldo lib. 1. Polit. cap. 2. §. 7. nr. 4.

(b) Si Nobiles in civitatibus habitant forensium sunt loco. Cothman conf. 72, vol. 21, & si ades habent non sunt immunes. Tabor de metar. art. 4. n. 5. In civitate Magdeburgo & Brunsviga immunes dantur Nobilium curia, quod juris à civitatis nummis est comparatum. Curia Brunsvicensis ad aulam Leonis in der Burg/ sunt feuda nobilia domesticæ. Cum jam onera territorii frequentius imponi inciperent, atque matriculæ provinciales formarentur, occasione potissimum denarii communis (gemeinen Pfenniges) qui secundum uniuscujusque bona patrimonialia exigebatur, ita ut nulli ab eo liberi essent, Nobilibus reversis sunt dati, illud immunitati eorum minime debere esse detrimentum. Eiusmodi etiam reversis ab Alberto Electore Brandenburgico sunt extaditi. Vñ deinceps matricularum pacto publico firmato, iugobilium domiciliis sedes Equestres frequenter addi cooperunt, quæ sive in villis sive in præfecturarum oppidis sitæ, ab ordinariis collectis fuerunt exempta. Sic in oppido Peina inter habitaciones civium anno 1532. Domini de Schwigelt, Veltheim, Oberg suas habebant curtes, & tempore transactionis Quedlinburgensis nullæ in reata Peincensi præfectura inter rusticos Equestres erant mansiones. Ceterum Nobiles propter suam immunitatem nullis, ne quidem Imperii oneribus, præter collectas ad bellum Turicum, se esse obnoxios contendunt. Lehman, chronic, Spirens, lib. 2. c. 12. Mynsinger decad. 15. resp. 1. n. 39. Besold. Thesaur. pract. vocab. Lehn. Hoc fundamento suffulti Nobiles Magdeburgici ad denarium septimum, qui post pacem Westphalicam præsidiorum alienis delinabatur, nibil conferre voluerunt, quicquid etiam alii Status in contrarium monerent, necessitatis casum adducentes. Nobiles è contra reponebant, quod de subsidis ad bellum Turicum præstandis esset receptum, ad nullum alium necessitatis casum extendi posse. Hæc controversy in Dieta provinciali Hallensi anno 1678. discussa est. Puto

tamen urgentissimam rei publica necessitatem, quævis etiam limitare pri-  
vilegia.

(e) Inter onera feudalia antiquitus etiam erat fidejussio pro Domino di-  
recto, modo debitum feudorum non excederet taxam: dabatur tamen  
Principum fidejussionibus ex arario provinciali indemnitas promissio.  
Hodie fidejussionum locum subsidia charitativa occupant, qua in Diæ-  
tis provincialibus postulari solent. Nostro igitur tempore sumptum  
potissimum feudalem Ritter Steuer complectuntur Consil. Schrad. 1. ne  
525. Responса Rostoch. anno 1614 in causa Baronum Spizenstein &  
Rechenberg edita, respnſ. 2. n. 298. Hic proprie non pertinet ad melia-  
rationes feudales, sed ad instructionem feudorum à Dominis directis si-  
ve burgorum cum reservatione apertus pro securitate publica imperatis; scilicet ut ea infrastructa servarentur mit Thürnen / Gra-  
ben / Schlachten / und Landwehren. Denique Equirium militare  
Ritterdienst huc spectat, vid. Limnaea part. 4. J. P. cap. 7. Kohl. de sub-  
feudis & servitius militaribus. Nobiles enim perpetuam Imperii confi-  
tuunt militiam, & eis praesertim intiuui feuda ipsi sunt concessa. In-  
terim non eo inficias Germania esse territoria, ubi Vasalli non servitia  
Seniori, sed Domino territoriali ius sequela præstare debent, ut in Land-  
graviatu Thuringie, in quo sunt multa feuda Moguntina vid. Ableh-  
nung des contra Memorialis in causa Chur. Meyns gegen den Sächsi-  
schen Gefanden zu Regensburg de anno 1653. pag 6. in fine. Ho-  
dierno tempore Nobiles per vicarios comparent, ex quibus anno  
1602. 1603. in Electoratu Brandenburgico turma provincialis erat creata;  
aut servitius ista pecunia redimuntur, que adoha vel aderationis nomen  
subit. In singulis Germania Regionibus quanta sit feudi estimatio,  
peculiare quid solet esse constitutum. In Principatu Halberstadien-  
si, quid hic obtineat, in recessu honagiali de anno 1650. §. 37. est de-  
terminatum; atque ibi, ut & in Principatu Magdeburgico, viginti mansi  
(Hufeti) in unum computari solent equum, aut ejus loco quadraginta  
sunt exsolvendi thaleri. Quid in Saxonia & Marchia alibique illu re-  
cepimus sit, vid. apud Cocei, in hypomnematis juris feudalis tit. 6. §.  
30. & in diss. de a. oha, Springfield. de appanagio pag. 225. Porro quid  
ius feudale Longobardicum hic statuat ex 2. feud 55. §. firmiter, appareat,

### §. VIII.

In mediæ ævi monumentis non raro Nobiles sub  
Burgmannorum nomine veniunt. Erant autem olim  
Burg-

DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ. 21

Burgmanni (a) qui in castris aut prope castra Comitum commorabantur, & pace burgenſi gaudebant. In Germania noſtra caſtra five burga Comitum, (b) Stamm-Häuſer/ Goldaſt. tom. 3, conſt, quæ villis Imperialibus, (c) & prædiis Nobilium Sattelhöſte/ (d) Burghöſte contradiſtinguebantur, frequentia fuere.

(a) In veteribus Chartis milites & Burgenses ſemper conjuguntur, non menque tractum à burgis seu caſtelliſ in limite conſtituit, qua & clausura diſcurrunt, quas inhabitant huius conditionis homines. Dominici in tract. de prærog. allediorum. Conſ. Sieul. lib. 1. tit. 9.

(b) Sic Comites de Regenstein Mansfeld, Hohenstein, Hartzburg, ejusmodi renebant curtes, in quibus honestum aiebant famulitium. Vldarius Comes Regensteinſis anno 1315, in caſtro Hornburgo prope Blanckenburgum, in vestibulo burgi (auff der Vorburg) Castellanos sub pacie burgenſi, una cum uxoribus & liberis, habebat Aſche de Müntzleben, Iauſt de Wigenrode, Heinrich a Dingelſtedt, Otto de Zilling. Comes Peinensis in Dioecesi Hildesienſi bannum ſanguinis exercens, Burgmannos, in vestibulo burgi Peinensis ſtas inhabitantes curtes ſubfeudales, habebat de Schwigelt, Rautenberg Oberg & alios. Burgmanni arcis Woldenberg in oppido Bockenem, arcis Wintzenburg in oppido Ahlfeld, arcis Poppenburg in oppido Elze, arcis Ruthe in oppido Sarstedt degebant. Sto. khusi in terra Göttingenſi prædia nobilia tenentes, arcis Bramburgi in Ducatu Calemburgico, Burgmanni fuerunt. Stuckii conf. 27. In diplomate Engelberti Comitis Scenensis Domini de Vallendar ſequentia habentur: Wir bezegnen / daß wir den ehrſahmen Mann Kühlmann Ritter / genandt Walpot, und allen seinen Erben von uns und allen unſeren Erben genommen zu unſern Burgmann zu Vallendar &c. vid. acta Comitis Wittgenſtein contra Trier die Herrſchaffte Vallendar herrefend. Sunt & in Germania noſtri Burgmanni ſacri, Commendatores ſuicet ordinis sancti Johannis, qui in villis poſſident Eunterhöſte unde beſchloſſene reſidentzen, in metropoli vero Eutinb. Höſte / ex quibus reditus, post reformationem, protestantium ſacerdotibus & iudicagistris nomunquam in ſubfeudum fuit cati.

(c) Imperatores in Germania territoriis caſtra & villas mense ſumptibus definiuntur habebant, que interduum provinciarum Reſtoribus, ſepe etiam Ecclesiasticis in feudum concedebantur, aut in pias plane converteban-

22 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

eur donations. Episcopatibus sub fidelitatis vinculo concessa bona aut ad solum Episcopum, sub dominicalium nomine, spectabant, aut etiam ad Canonicos. Hac accurate se invicem distinguunt Fridericus I. in diplomate Constantiensis Ecclesiae de anno 1155. his verbis: *Hæc predictas possessiones ad dominicalia Episcopi libere pertinentes, confirmamus, specialiter autem possessiones ad usum Canonicorum pertinentes fundari fecimus.* Anno 1273, separata Episcopi & Capituli bona 'in uno comprehendi cooperant investitura diplomatica, & Episcopus, ut Princeps Imperii, & Capituli caput, procurator feudi (Lehnträger) factus est. Cum deinde inter territoriorum Moderatores seculares & Ordines provinciales, de terrarum administratione, paetam inirentur, Episcoporum protestari, ad imitationem eorum, per capitulationes certi sunt possit limitem. In Archiepiscopatu Bremensi, & Episcopatu Halberstadiensi primæ capitulationes rerum ecclesiasticarum tantum alienationem impediuntur; sequentibus vero temporibus nova subinde addita sunt capita. Sic Canonici in capitulatione anno 1638, cum episcopo Leopoldo Wilhelmico Archiduice Austria facta; stipulati sunt, nullos Episcopi contra hos absque Capituli consensu validos esse debere. Quamobrem Elector Brandenburgicus, per rescriptum de anno 1651. Cancellarium Halberstadiensem iubet, omnem contractum, nisi ab Episcopo cum Capituli consensu initum, pro invalido habere. Ceterum de diversi bonorum ecclesiasticorum natura, & quid Episcopi circa singula possit aut non possit vid. apud Lyncker, resp. 2. Episcopi quoque & Abbates ab Imperatoribus multi familiis servorum & litonum ditati sunt, imprimit Otto num tempore, qui sub Advocatis (Kasten Voigten) vivebat; ex quibus aliquæ nobilioribus Vasallis in subfeudum cessere, vid. diplomata Magdeburgensis apud Leuberum.

(d) Hoc nomine feuda, quibus a Principebus investiti erant, venisse, atque seundi burgenibus, ut ab Imperatoribus collatis, opposita suis, sunt qui putant. Nihilominus illi e contra docent, feudum burgense esse id, ubi Ganeribus castrum aliquod, a Principe etiam, in feudum conferetur. vid. Killinger de Ganeribus discurs. p. 3. n. 131. & Besold, in vocabulo burglehn. Praedia ista Nobilium si inter rusticos, a villicationibus illorum valis fossisque interdum erant distincta. Harum curandarum ergo agrestium opera, quæ Burgfesten vocantur, originem accepere, quæ in primordio precarium eum præstationum vices habuisse videntur, donec ex consuetudine in jus transierint. Quid carum ratione in Ducatu Brunsvicensi & Episcopatu Hildesensi oporteat, in recessu provinciali de anno 1597, art. 21. est descriptum,

§. IX.

## §. IX.

Castra illa, emortuis Comitum familiis, non raro cum feudi Advocatorum Ecclesiasticorum (a) Episcopis collata, (b) & hac ratione plerumque bannæ sanguinis, quem antea non habebant, potiti sunt. Episcopi vero sëpe Nobilibus (c) vicissim per modum subfeudi concessere, & si omnes aut plerique defunctorum Comitum Burgmanni cum mutua substitutione de iis investirentur, Ganerbiorum (d) i. e. heredium communium castra dicebantur. Non tamen negaverim, aliam quoque interdum Ganerbios habuisse originem. Nam quidam ab ipso Imperatore constituti sunt; (e) quidam pæsto successorio (f) & mutuae defensionis in tales confluxere sociates. Et cum se deinde non satis validos, ad repellendos grassatorum insultus, viderent, quandoquidem castrum suum vicinis Principibus in feudum obtulere.

(a) Nonnunquam Clerici, severiori cultus divini studio aut ampliori defensionis spe, Advocatio onus ad se devolutum, alii iterum in feudum largiebantur. Sic Thimmo Abbas Corbeiensis, & Henricus Paderbornensis tutor Ecclesie Corbeiensis, anno 1265 in vigilia ascensionis Domini, Hannoveræ Principibus Alberto & Johanni Ducibus Brunsvicensibus in feudum contulerunt Advocaciam intra muros civitatis Huxariensis, quam Comites de Pyrmont antehac habuerant, & Hermannus Comes de Tyrnum ejusque coniux, ac vidua Godeschalci fratri Hermanni Ecclesie Corbeiensi regnaverant. Abbas vero sequentia jura salva retinuit (1) ut cives Huxarienses ad expeditiones quascumque Abbatis tencrentur (2) ut Abbas possit subidia ab iis petere (3) nemo ministerialium & familiae Abbatialis sive claustralium conveniri possit, antequam Abbatii indicatum fuerit.

(b) Episcopatus Hildensiæ maximam partem ex ejusmodi Comitatibus coauit, confi. Crantz metropolin. lib. 6. cap. 21. lib. 8. cap. 25. lib. 9 c. 12. &c. 35. Hoppenrodt de incremento Episcopatum fol. 49-70. 83. Bruschius fol. 153. vid. & Letzneri chronic. Hildensiæ. mstum. lib. 3. Inter ea nonnulla etiam Episcopalia territoria magna incrementa ex indagibus sive eradicatione silvarum fruticetorumque cepere, Comitibus Nobilibusque interdum in subfeuda data, præterim cum illi destructis arcibus montanis in plana descendere cogerentur, unde multa deinde loca exste-

recepierunt, quorum in antiquis investiturarum literis nulla sit mentio  
conf. que inter Episcopum Mindensem & Comitem Schaumburgensem  
anno 1244. & 1173. acta sunt.

(c) De burgo Falkenstein Episcopus Halberstadiensis anno 1370. Fridericum  
de Zöling & Henricum de Borst ut Burgmannos investivit.

(d) Sunt in Germania non solum Ganerbiorum castra, sed & civitates & pagi.  
De Ganerbis, præter ea, que Wehner in obs. præct. & Gillmann symph.  
tom. 1 & 4. habet, integras tractatus Killinger & Leiben conferunt,  
qui ultimus pleraque sua ex Rittershusi paratilis feudalibus descripsit.  
De oneribus ad que Ganerbiorum castra tenentur conf. Die Kirchberg-  
gische requisitione de anno 1611. in causa Hessen contra Ilenburg pag. 238.

(e) Fridbergenis caltrum una cum Comitatu Keichen Ganerbis a Friderico  
2. est concessus. Kylinger dictus 19. de Ganerbis caltrorum pag. 195.

(f) Varia pacta, in que Ganerbicæ sociates contrahebantur, a Kyllingerio  
in fine tract. sui pag. 202. referuntur. vid. quoque reformationem pacis  
burgensis het Ganerbei zu Haun de anno 1362. in fin. tract. Leibeni. Cer-  
tum est, mulros Ganerbinatus, melioris defensionis causa, cum bellum  
ad huc percutiū quasi Germaniam affligeret, eriam in terris Saxonis  
estis institutos: Aliquos tamen eorum ipsos inde prædam egisse, ex anna-  
libus & imperii receilibus constat. vid. Erfährung des Land. Friedens  
zu Augsburg de anno 1500. §. 10. Ordnung des Land. Friedens zu  
Worms de anno 1521. §. 12. Land. Friede zu Augsburg de anno 1548.  
§. 10. Hoc aniam Poggio Florentino de Nobilitate tol. 26. dedidit  
suspicio, dicendi: Germanica Nobilitatis magnam partem latrociniis  
esse deditam.

#### §. X.

Non pauca (a) in Imperio nostro sunt subfeuda  
ecclesiastica, que tam ratione investiture, (b) quam tem-  
poris (c) intra quod investitura petenda, à secularibus  
sunt diversa. Causæ inter Dominum & Vasallum contro-  
versæ per Pares Curæ, (d) inter ipsos Convassallos per  
judicem curtis, (e) à Domino directo constitutum, ter-  
minari solent.

(a) Ecclesiastici pariter & Seculares subvallorum suorum numerum insigniter  
auxere, turbido & hostili Germanicæ statu, qui ante Maximiliani I. pa-  
cem

cem profanam erat, inducti videntur. Rudolphus i hunc morem confirmavit, & Diplomatibus investituræ Statuum immitti curavit, mit alien Affecte Lehn. Interim ab Imperatoribus feuda etiam ea lege sunt concessa, ne alii vicissim de his investirentur. Sic Fridericus I. in diplomate anno 1167. Prima conscripto, quo Comiti de Dorflat iustiani in castro Nond conceditur, addit: *Predatum castrum Novum Menendorff vel Neugenburg in Principatu Halberstadiensi vel ejus pertinentias ipse Arnoldus vel ejus heredes manquare debent vendere, vel infundare, vel aliquo modo ab Imperio alienare.*

(b) Nexus, sub quo illa conferuntur, varius esse solet. In Curia Abbatiae Werdenfis quidam investiuntur. (1) Jure homagiali jn Erb Mann Lehn Recke. Ut comes Bruxalensis cum castro Bruch (2) Jure ministeriali jn Hoff Lehn/ Dominus de Recke cum Dapiferatu Abbatiae Werdenfis (3) Jure Personalis, Elector Brandenburgicus cum duabus Advocatis hereditariis, Werdenfis scilicet & Frimersheimensi. (4) jnn Erb. Pacht Lehn, ut Dominus de Eberfeldt mit einem Sattel Hoff / (5) ad Effectum agenti, Rex Borussie cum Dynastia Frimersheim. (6) Jure hereditario liber Barde Heyden, cum Feudo hereditario Rosen Hoff.

(c) Non unius generis in Germania sunt investiendi ritus, qui & varietatem ex curia seculari, aut ecclesiastico induant. In Electoratu Brandenburgico Nobilitati per tactum porrecta mitra Electoralis, in Holsatia per impositionem manus in pium feuda conferuntur. Olim, usque ad Maximiliani II fere tempora, in curis feudalibus Ecclesiasticis Valalli ipsi comparere tenebantur, ut per amplexus Senioris, oculo & alluvione pedis investituram recipieren. conf. quæ de Curia Magdeburg: in actis Mansfeldiis p. 49. habentur. Postmodum vero & hic vicarii adhibiti sunt, ubi istæ ceremoniae in impositionem mitra (Vareit) desuisse videntur. Sic Henrico Julio anno 1529. a Capitulo Halberstadiensi, nomine Episcopi, per Casparum de Craneberg, Comitatus Reinsteinensis est collatus, Ducus vices in hoc actu D. Johannes Zagemann Cancellarius gerebat. Notari autem hic meretur, investituram ab Abbatisse per impositionem manus fieri. Cum Rex Borussie de Praefectura Dernburg investitur, Legati eius, sellæ insidentis, capiti ab Abbatisse Gandersheimensi manus imponitur. Praefectura ita, ut Curtis Imperatoria, ab Henrico Auciue anno 1009. Abbatisse Sophia Gandersheimensi donata, Electoribus Brandenburgensibus postea in subfeudum concessa est. Vid. Schopp, tractat. Feud, quem inscribit de alio dñis materiam.

26 DE STATV NOBILITATIS GERMANICÆ.

(d) In Curia Archi Episcopali Coloniensi anno 1608. à Paribus quæstio contra Advocatum feudalem est mota, quando annus recognoscendi feudum currere incipiat, an à tempore electionis. induit administrandi, vel investitura à Caſare vel Regalium confirmatione; sed indecisa manit, vid. Thummermuth in fundam. 2. Archiepisc. p. 57. In Inst. Pac. art. 5. §. 21. Statutum est, quod in feudo ecclesiastico à die electionis vel postulationis hoc fatale tempus currere debeat; cum in feudo seculari terminus eius à quo sit dies vacantiæ. Iterus de feudi Imperii c. 11. p. 534. Quanguam Inst. Pac. de immediatis loquatur vafallis; sanctum tamen eius, ob similem rationem, ad mediata etiam extendi debere, nisi moribus aut conventionibus aliud statutum sit, puto. Scio quidem Carpz. part. 2. conf. 45. definitione 22. affirmare, in Curis etiam feudalibus Episcopatum, fatale illud tempus cum die vacantiæ facere; Sed eius autoritatem, ob adductam rationem, hic non moror.

(e) Thummermuth funda. 2. p. 52 n. 147. Schrader part. 20. sect. 4. n. 42 sqq. Eben consilio 34. de jurisdictione feudali per totum. Quanquam Elector Coloniensis, ut Episcopus Hildesiensis, Comitis Teitenbachensis concessa feuda Rheinsteinensis, ob non impleras conditiones, sub quibus data erant, cum dominio directo illico consolidare potuerit. Satiuitas mea putavit, rem ad Pares Curia deferre. Aliquando Princeps etiam in propria causa cum nobili Vafallo judicare potest, vid. Stuck. part. 1. consil. 27. & acta de anno 1629. zwischen Landgraff Georg und der Reichs-Ritterschaft in Reinschen Kreiß der Beten und Steuern halben,

(f) Eiusmodi judex in vernacula nostra dici solet ein Lehn Probst. Lundorp. t. V. p. 629. qui anno 1330. in Curis Principum iam tum locum habuit. Episcopus Würzburgensis causa feudales coram einen Lehn, Probst und Zahlmeister Gerichte venilarunt juber. Curia feudalis in Episcopatu Monasterien das Mann Gerichte dicuntur. Judex Curtis Ecclesie solet etiam der Pfaffen Richter vocari. Conseruator Heider in actis Lindaviensibus p. 844.  
sqq.

§. XI.

Cum itaque Nobiles nostri non solum à Laicis, sed & a Clericis, quam plurima (a) habeant feuda: (b) Operæ pretium duco, adhuc quædam, rem feudalem Nobilium nostrorum concernentia, adjicere.

(a) Spe.

et (b)

- (a) Species feudorum in Germania frequentiores sunt (1) Mann-Lehn (2) Kunkel-Lehn (3) Erb-Lehn / Erb-Mann-Lehn (4) Gemeine Lehn (5) Krum-Stabes Lehn (6) Burglehn (7) Kluge Lehn oder Kangel Lehn (8) Churmeide (9) Leibes Gewinn und aufgetragen Lehn.  
 (b) Sunt qui hinc colligunt majorem presumptionem in Germania nostra pro inventario feudali (Saal Buch) esse. Vid. act. in caus. Hessen contra Ilenburg die sechs in drei Eichen belegene Dörffer betreffende. De separatione allodiis à feudo cons. act. in Sachen Meinz contra Gothe wegen der Herrschaft Gleichen.

## §. XII.

In feudum Nobilibus nostris etiam dabantur decimæ, (a) pecunia ex qua feuda comparari possent, (b) redditus pecuniae annui, (c) vinum & frumentum ex Principis promtuario, bannum ferarum majorum, raro autem jurisdictio forestalis. (d)

- (a) Decima omniaco possunt esse in Laicorum domino. Decreta Concilii Lateranensis nos non obstringunt. Libertate enim, in Concilio quoque Constantiensis confirmata, hic fruitur Germania. Atque penes nos decimas territoriales dari, ipse Cardinalis Tuscius tom. 2, concl. 53, num. 4. facetur. Imperatores de decimis terrarum ab infidelibus occupatarum Comites & Advocatos infundarunt. Ipse Rebuss negare non potest, ejusmodi decimationes temporales Nobilibus aliquis Laicis, in compensationem auxiliorum contra Saracenos, à Carolo Martello esse concessas. Ludovicus Pius de nonis & decimis Capitulare anno 821 fecit. Multa ianc Imperatores suæ reservabant mensæ, de quibus Otto M. in compensationem cessionis Archidiaconatus Magdeburgensis, ab Episcopo Halberstadiensi, pro Episcopatu Magdeburgensi erigendo, factæ plurimas insignes decimas illi contulit, quas maxima ex parte Comes Rheinsteinis & Advocatus Ecclesiæ anno 1377, in subfeudum obtinuit, ejusque successores adhuc 1616. recognovere. Plura de decimis Germaniae vid. apud Schilterum de liberate Eccles. German. lib. 5. c. 6. § 5. seqq. & celeberrimum Kressi in differt. proemiali ad Thummermuth p. 9.
- (b) Elector Trevirensis Balduinus peculiaria instituit feuda. Bene meritiss enim pecuniam largitus est, ut ex ea bona hereditaria compararent, quæ deinde feudorum naturam nacta sunt.

D 2

(c) Fri-

(c) Fridericus II. anno 1250. Camere feuda imperti:ri coepit. Investitu:ram vid apud du Cange in glossario sub vocabulo camera & cayena. Hunc deinde imperii Principes imitati sunt, ita ut aliquando ipsi fide: jussio Statuum provincialium accesserit. In diplomate Ludovici Land:graffii Hassiae de anno 1437, quo sibi Comitem de Witgenstein camera: vasillum constituit, sequentia: habentur: *Wir Ludwig Land Graff zu Hessen befennen das wir dem Edeln Georg von Seine zu Witgen:stei zu rechten Maunz Lhn geliehen et. Rheinsche Gulden die ihm unse:rentner zu Marburg all Jahrlich auf S. Michaelis Tag aus unsern Dienst daselbst bezahleu soll auch unser und unsere Erben getreuer Edelmann deswegen seyn und bleibent. Et apud alias gentes ejusmo:di quoque feuda impo:ri:ia locum habuere. Si recte memini, Gallia: quando Duci Württembergia camera: feudum contulere. Wilhelmus Comes Hollandie anno 1213, feudum 400. marcarum argenti quotan:nis solvendarum a Rege Anglia: accepit. Rymer. tom. I. act. publ. Engl. p. 369. Alia exempla vide apud eundem tom. II. p. 146, 148, 152, 292. tom. III. p. 125. De natura hujus feudi vid. Wurmser de feudis impro:priis. p. 292. Vffenbach de Judic. Aulic. c. 2. lct. 9. p. 71. Coth:mann volum. I. responsi. 48. n. 171.*

(d) In medio ævo res forestalis magna ex parte inter Imperatoris aliquando referebatur reservata, quam tamen nonnunquam in totum aut ex parte alii largiebatur. Vid. dissert. de villis Imperialibus apud Melibom. Henricus II. Episcopo Würzburgensi bannum forestale, & Fridericus I. Episco:po Constantiensis concessit. Cum Udo Hercinæ Comes vitam poluisse, Henricus Leo bannum Imperiale in territorio Grubenhagensi nactus est. In reliqua Hercinia res forestalis ab Abbatissâ Gaudenschiensis in feudum accipitur. vid. diplomata apud Maderum. Quamvis & Nobiles inferioris ordinis sepe de iure venandi ferarum maiorum sunt investiti: Non facile tamen ipsis in feudum iurisdictio forestalis est data; sed magis Comiti:bus & Baronibus, utpote qui Regalium sunt capaces.

### f. XIII.

Successio feudal:is est vel sanguinis nach Blut:linge Rechten / (a) nach Lhn/ Nahmen & nach Schild und Helm/ vel Confraternitatis zu gesamter Hand / (b) vel plane nova in devolutum feendum. (c)

(a) Vid. Strick. in tract. de successi. ab intest. aliisque auctores a Spedelio in fyl:lege quæst. sub verb. successi. feudi. citati.

(b) In curiis feudal:is mediatis ad Domini Directi bene placitum inter Agna:tos confraternitates feudales obtinere solent, Schioppii thesaur. Feud. c. 18. n. 18.

n. 18. Investitura simultanea Juri feudali Saxonico & Almannico innititur, vid. Schiltet de investitura simultanea, c. 2. & libellus revisorius in causa Princeps Lichtensteinensis adversus Comitissam de Caunitz, ob Constitutionem Rittergensem p. 61. Ex Jacobo Alemanno de Jure simultaneo investitura patescit, & in Curia feudalibus Saxoniam inferioris duplum cile renovationem conjunctæ manus, actualem sive idemnem, que requirit actum corporalem leibliche Lehn Empfângere / vel verbalem sive minus solennem, quo Domini investitutis verbis secundum pactum successorium, & primam investitutam, per Senioris (Lehnträger) postulationem absolvitur. Hæc magis usitata. Anno 1602. Elector Brandenburgius Joachimus Fridericus constitutionem feudalem de simultaneo succedentibus fecit, quod mutato Domino directo omnes simultaneo investiendi juramentum fiduciarium corporaliter præsent : Quod si vero Senior (Lehnträger) decederet, omnes tantum sequi debere, qui ad ipsam feudi possessionem pervenient.

(c) Interdum feuda Nobilium devoluta data sunt Ecclesiasticis. Sic in Magdeburgensi Principatu Abbas ordinis Benedicti Amstobiensis & alii Prepositi in Curia Magdeburgensi Nobilia feuda, in vim masculina successionis recognoscunt. Capitulum Cathedrale Halberstdiense in Curia Halberstdiensis de tribus feudis Nobilibus investitur, & propter ea servitia feudalia præstat. Decanus & Senior sunt Lehnträger. Alias in permulis Germanie territorii receptioni est, ut emortuæ generosa familia ad alias nobilium vicissim devolvantur gentem. Conf. recess. homag. Marchie de anno 1652. Vbitamen additur : Doch reserviren sich Thürfürst. Durchl. die caducente ihren Aembten wohlegelegene Güter einzuziehen / auch das Bürgerliche Dvidenten/ ob benc merita, nicht ganz ariegeschlossen bleiben.

#### §. XIV.

Nobilium quoque fœminarum insignes sunt prærogativæ. Nam licet saepe à feudis excludantur; attamen præter alia emolumenta, illis in nonnullis Germania provinciis debita; (a) ex feudo quoque in subfidium accipiunt legitimam; (b) sive illud, Vasallo naturaliter aut civiliter mortuo, (c) cum dominio directo consolideatur; sive ad agnatos perveniat. (d)

(a) Huc spectat dotalium, de quo vide constitutionem Henrici Julii de anno 1505. Episcopi Ernseli de anno 1610. art. 7. vid. quoque jus Equestris

D 3

Brc.

Bremenſtit. 7. ubi dolalitium non absorbet dotem tit. c. In Holſatia ex jure, quod vocatur *Huven Vandæ*/vidua Nobilis, ad secunda non pro voluntans vota, in prædio defuncti mariti, integræ post mortem ejus anno, locum tenere potest, atque redditus illius omnes in suos convertere usus vid. const. in der Holſteinischen revidirten Landes Gerichts Ordnung p. 97. seqq. Idem locum habet in Ducatu Bremeriſt. Equeſtre Bremerfe tit. 4. In Saxonia, & ubi jus Saxonum jam viget, ut in Ducatu Bremeriſt. in cauſis ſucceſſionum, aliae adhuc in eis redundant utilitates, que Germanico idiomate dicuntur *Morgengabe*/ *Mußtheil*/ *Gerade*. Bremerſches Ritterrecht / quod in recessu provinciali de anno 1651. 1663. conſimatum est, titul. 8. 9. In territorio Brunsuicenſibus iura illa ſeiminis il- lustrib⁹ competentia, ut & filii ſeu proximiſ agnati præcipuum Heer gewette/ ſunt abrogata. Conſt. Frid. Ulrici de anno 1615. conf. quoque Celleſche Policei Ordnung art. XXVI. pag. 72. iure enim Saxonico iuntan- tur, quod in territorio Brunsuicenſibus, etiam feudale, eft abrogatum, vid. recessum Salzdalemſem de anno 1547. art. 32. & Ganderſheimenſem de anno 1601. quod in Principatu Halberſtad. per recess. de anno 1545. factum eft.

(b) Propter quam, & que acvidua de functi ob emolumenta ſibi ex feu- do debira, licet poſſeſſio ſit Domini directi, ius retentiōnis habent. vid. Roſenthal de feudiſ c. 8. concluſ. 1. n. 5. c. 10. Acta Epifcopi Mindenſis contra Comiſſam de Schaumburg in iudicio aulico Imper. ventilata, ad d. Streit zwischen Löwenſtein und Würzburg/ & acta publica anno 1612/ 1610 in curia Magdeburgensi, cauſam Comitum Mansfeldicorum contra poſſes. fores prefecture Seburg Fratres de Hahn, uter fratrū de Veltheim con- cernentia

(c) Fauo aperto, res antiquitus ſubinfeudati ſolita ſubvaſallis relinquitur. Exempla habemus in Comitibus Regenſtein, Schaumburg, Barby.

(d) Primi acquirentes in coniunctæ manus confeſſione pro filiabus aliquid, in cauſum devolutionis, pacifici ſolent. Hoconus antiquissimum omnī pre- rogativa in concurſu creditorum gaudet. Stuckius part. i. conf. 25. & 26. Marp. confil. 2. Obiter hic annectere lubet, in Ducatus Calenberg co, Guelferbytanō, parte Hildesienſis Dicē eſeoſ, que Groß Stift vocatur per recessum provincialm de anno 1529. Vaſallum non poſſe onerate ſubfeudum. Sic & in Ducatu Brunsuicenſi & Lunenburgi nullus per- mittitur concurſus formalis, materiali tamen quodammodo per commiſſionem. In Electoratu Brandenburgico, etiam antequam feuda in allodia jubente Rege, per diploma de anno 1717. transmutata ſunt, ut & in Principatu Magdeburgico concurſus formalis permittetur. Receff. provin- cial. Elect. & March Brandenb. de anno 1653. Magdeburgiſche Policei Ordnung de anno 1656. c. 2.

### Corollaria.

1. Dantur civitates mixtae.
2. Urbis Bremensis immedietas in Instrumento pacis non est fundata.
3. In braxandi non spectat ad regalia.
4. Privilegia subditis propter causam concessa; absque causa idonea eripi non possunt.
5. Simultanum religionis exercitium contra observantiam anni 1624, introducere, Instrumenti pacis menti repugnat.
6. Civitates Episcopatum nonnulla adhuc Sec. XII. & XIII. non sub Episcopis, sed sub Advocatis Imperatoris erant.
7. Religio est sufficientaculum reipublicae.
8. Regalia nec majora nec minora prescribi possunt.
9. Legatorum inviolabilitas J. Nature innuitur.
10. De peculio adventitio irregulari testari licet.
11. L. 2. C. de rescind. vend. Jur. Naturali repugnat.
12. Pacto retrovenditionis, per quod venditori facultas rem quandocumque redimendi, reservatur, prescriptio immemorialis obstat.

Nobilium claram sortem quando bene monstras,  
Ingenii referas nobilioris opes.

Concedas igitur pronæ signacula mentis  
Plausibus ut pandam, lætitaque sonis:

Annuat ad votum TIBI Phœbus fronte serena

Promeritisque TVIS prospera quæque fluant.

Nobilissimo ac Politissimo Domino  
RESPONDENTI dignameritis virtutibusque fata appretatus apposuit, IPSI  
quo decet, astimii & amoris cultu ad-  
dictissimus

A. A. Matthies Opon.

Helmstadiensis.

Du wirst zulezt Dein Glück in voller Blüthe finden/  
Des Himmels Hand wird Dir die Ehren Cränze winden/  
Weil Deiner Eugend schon viel grosses zu gedacht/  
Da Du die edle Zeit nicht müßig zu gebracht.

So wird sie endlich Dir auch viel Vergnügen bringen  
Es müsse was Du thust in allen wohl gelingen  
Der Höchste lasse Dir noch viel Vergnügen sehn/  
Bis daß Du endlich kanst zu Stern und Himmel gehn.

Mit diesen wenigen Zeilen hat der  
Herr Reponsent gehorsam  
graulen wollen

I. T. Matthaei Oppon.  
Hildes. & L. L. C.

**A** Scendis cathedram, cathedram Tibi IULIA pandit,  
Scande cito, doctis Teque probato viris,  
Congratulor Tibi, dum genus alto a sanguine Regum  
Nobiliumque status enucleare paras.  
Tale rudimentum profers in flore juvenæ,  
Quique futurus eris grandior, ante doces,  
Gaudia contestor letus: Tua messis in herba est,  
Proveniunt in Te messis & herba simul.

Hicce Domino Respondenti Conterraneo &  
amicu suo charissimo gratulari voluit ad  
quavis officiorum genera obsequiofissimus

Herm. Stephan Feigen  
Pinarum Hildesensis L. L. C.

**S**o hastu wehrter Freund / nunmehr gnug gewiesen/  
Dab Dein beliebter Fleiß dem Neid selbst trogen kan/  
Dein Wissen/ Dein Verstand/ sey jederzeit gepriesen/  
Und also nimm von mir auch diesen Wunsch noch an:  
Der Himmel wolle Dir viel Herz und Seegen gönnen/  
Denn so bistu gelehrt und höchst beglückt zu nennen.  
Also hat aus Ehre und Dienst bezeugen  
seinen geehrtesten Herrn Landes. Mann/  
schuldigst graulen wollen

Dessen  
Ergebenster Diener  
Gottlich Conrad Schünemann  
Hildesensis. & S. S. Theol. Stud.

X2424248

V078

ULB Halle  
006 771 149

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

1

2

3

4

5

6

7

8

Centimetres  
Inches

250.  
No

N 46

1719,3  
b  
17

DISSERTATIO IURIS PUBLICI  
DE  
**STATV NOBILITATIS  
GERMANICÆ**

Q V A M

P R Ä S I D E

**JO. WILHELMO GOEBEL**  
J. U. D. EJVSDEMQVE IN ACADEMIA JULIA P. P. O.

*P V P L I C Æ E R V D I T O R V M  
DIS QVISITIONI SVBMITTET*

A. ET R.

**ANT. HENR. ALERTEN**  
HILDESIENSIS  
AD DIEM FEBR. MDCCXIX.



43.

HELMSTADII,

TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMII, ACAD. TYPOGR.

1790.

